Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



ciare. Audiens agapitus quod sic
locutus est attalus expandit man
suas et oculos suos leuauit ad celum
et orauit ad dnm et dixit. Gras tibi
ago deus saluator unigenite deus
de deo. lux uera de lumine uerbum
quod est ante omnem potestatem qui reg
nas cum p. et s. s. in secula seculorum.
Tunc preses iratus est nimis et
scidit uestimenta sua dicens.
O dii immortales qui uirtutes uras
non ostenditis aduersus sacrilegum et
deos blasphemantem ut uindicetis
uras iniurias de agapito. Sanctus
agapitus dixit. Quid sic preses irasce
ris et facis iniurias diis tuis. Aut
nescis quia sicut illi lapides sternuntur
in plateis ad euitandum lutum sic et
tu pulueres eorum diminues. Preses
autem non intellexit quod dixit homo
dei. Et dixit ad eum preses. Homo es
etatis non probate. unde tibi ista sapiam.
Agapitus dixit. Deus meus qui scit
corda omnium. quoniam credo ei corde
puro et gras ago deo uiuo et uero.
mihi istam sapiam de diuiciis suis
prestare dignatus est. Preses dixit.
Dic mihi quis est deus tuus. Agapitus
dixit. Magnus est deus meus et
admirabilis et inuictus cui seruiunt
angeli. qui fecit celum et terram mare
et omnia que in eis sunt. cui in celo
de terra suauiter psallitur. qui te cum
omnibus tuis ad nichilum faciet de
uenire. Tunc preses iratus dixit
militibus suis. Expoliate eum et aquam
bullientem in uentrem eius mittite.
et dicite ei. Noli quasi puer mul
tum uerbosus esse et iniurias pre
sidi facere. Et dum hec agerentur

apud milites. dixit homo dei aga
pitus. Quid est quod aquam cali
dam in uentrem meum misistis. Pu
to quia aquam frigidam mihi misistis.
quia dns meus ihus xpus propter quem
omnia ista patior: refrigerium mihi
prestare dignatus est. Et dixit pre
sidi. Vel sic crede quia tormenta tua
nichil sunt. Tunc preses iussit frangi
maxillas eius et dixit. Non scis an
quem stas et indisciplinate loqris.
Agapitus dixit. Iam erubesco in facie
tuam sacrilegam respicere. Preses
dixit. Verum dicis. quia adhuc te ui
uere facio. Agapitus dixit. Si tot tor
menta quot sunt in terris in me compleantur
non timeo. quia magnum habeo pa
tronum deum qui me confortat et fa
cit concertari cum homine uesano.
Preses dixit. Si credo uidebo deum
tuum. Agapitus dixit. Non tentabis
dnm deum tuum. quia et pater tuus
diabolus uoluit tentare dnm no
strum ihm xpm et dixit ei. Uade re
tro sathanas. non tentabis dnm tuum. Sic et
tu non tentabis famulum dei. ne dum
uis tentare. tenteris a patre tuo dia
bolo. Et hec cum dixisset famulus dei.
cecidit preses de tribunali suo. Tunc
collegerunt eum ministri sui et in
lecto eum posuerunt. Tunc preses dixit
militibus suis. Currite ardeo sub
uenite mihi. nichil enim sunt dii nostri quos
sine causa colimus. sed deus agapiti
magnus est et eternus. et quod feci in
puero dei hoc recipio. Et cum hec dix
isset preses statim expirauit. Vide
tes autem hoc ministri quod factum est
de preside. nunciauerunt imperatori.
Tunc iussit imperator sanctum agapitum